

Povelja kralja Tvrtka I šibenčanima 11.06. 1390

Nos Stephanus Tuertcho dei gratia Rascie, Bossne Meritimeque etc. rex, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentium notitiam habitaturis salutem in omnium saluatorem. Preheminens regalis sublimatas diuini iuris et humane legis auctoritatibus autenticata de regimine principum eiacentibus non solum de ordine status regni, verum etiam ex dispositione ciuitatum preponens uniuersum exitum reipublice debet disponere et etiam prouidere, bone rei dare consultum publiceque utilitate dare subsidium, magne uirtuti nomen in eternum exortiri.

Verum si laudabile sit antiquas bonas consuetudines et municipales leges conseruare, equa laude priora usitata noua debent iurisdictioni roborari ut fruentibus bonis legibus consuetudinibusque approbatis ciuitates et regna ualeant feliciter augere.

Ad uniuersorum notitiam harum serie uolumus peruenire, quod viri nobiles et prudentes ser Doymus Zuratic ser Iohannes Naplauich, ambaxiatores et sindici communis ciuitatis Sibenici, ad nostram maiestatem transmissi attentius nos rogantes, ut omnia priuilegia, libertates et gratias eorum olim ab illustrissimis regibus Hungarie collatis, presertim felicis recordationis D. Lodouici regis prefati regni Hungarie, fratris nostri dilecti pro eisdem eorumque heredibus nostro priuilegio dignaremur confirmare eosque permittere uti gratiis, libertatibus, statutis, reformationibus et consuetudinibus ipsorum sicuti tempore prefati D. Lodouici regis usi fuerunt.

Mi Stjepan Tvrtko, Božjom milošću, kralj Raške, Bosne i Primorja te ostalog, svim vjernima u Kristu, kako sadašnjim tako i budućim, svim Kristovim vjernicima, koji će vidjeti ovu ispravu, pozdrav u Spasitelju svih. Kraljevsko je dostojanstvo uzvišeno iznad drugih na temelju božanskog prava i prema istinskim poznavateljima ljudskog zakonodavstva o vladarskom upravljanju, kralj treba ne samo održavati red u kraljevstvu nego, prema položaju gradova, treba brinuti za opći napredak države, promicati blagostanje i potpomagati javnu korist; time će s pravom steći vrlo slavno ime. Ako je zaista hvalevrijedno čuvati dobre stare običaje i gradske zakone, jednako je pohvalno ono što se ranije upotrebljavalo ojačati novim jamstvom, da bi gradovi i kraljevstva, služeći se dobrim zakonima i odobrenim običajima, mogli sretno napredovati.

Ovom ispravom ozbiljno želimo svima obznaniti da su nas, plemeniti i odvažni gospodin Dujam Kuratić i gospodin Ivan Naplavić, poslanici i zastupnici općine grada Šibenika, poslani k našem veličanstvu, lijepo zamolili da se udostojimo njima i njihovim nasljednicima našom poveljom potvrditi i sve povlastice, slobostine i olakšice koje su im nekoć dali prejasni ugarski kraljevi, a osobito naš ljubljani brat sretne uspomene gospodin Ludovik, kralj spomenutog Ugarskog Kraljevstva, da im dopustimo služiti se svojim olakšicama, slobostinama, statutima, odredbama i običajima, kao što su se služili u vrijeme spomenutog gospodina kralja Ludovika.

Nos igitur considerantes utilitatem, profectum et statum bonum totius regni ex bono regimine, pro quo deo auxiliante continue laboramus, prosequi et nancisci fidelitatibus predictorum ciuium nostrorum Sibenicensium recensitis, ut ipsi de uirtute boni presidentis in pacis pulchritudine uigeant et tranquillitate quiescant ac in facultatibus abunde gratulentur volentes, ut ea, que circa libertates eorum ab antiquis temporibus in fauoribus et prerogatiuis ipsius ciuitatis fuerunt obseruata, sic sub umbra nostre dominationis protectionisque libere obseruentur, ut ipsa ciuitas nostra regalibus munitionibus exaltata in dictis priuilegiis et gratiis confirmetur, propositis petitionibus ipsorum sindicorum et ambaxiatorum ac ciuium predictorum ex parte totius comunitatis iam dicte ciuitatis plenum mandatum habentium fauorabiliter exauditur omnia et singula priuilegia, libertates et gratias certasque litteras in fauorem dicte ciuitatis, statuta, reformationes et consuetudines ipsius ciuitatis Sibenici per ipsorum regem olim Hungarie datas, presertim per inclitum principem D. regem Lodouicum, fratrem nostrum dilectum, mediante iuramento, manutactis corporaliter sacrosanctis euangeliis acceptamus, ratificamus et approbamus de baronum nostrorum consilio prematuro regia auctoritate pro eisdem fidelibus nostris ciuibus ciuitatis Sibenici, ipsis eorumque heredibus, successoribus et posteritatibus uniuersis perpetue confirmamus, ratificamus et aprobamus inuiolabiliterque promittimus, camaram uero salis et trigesime pro nostra maiestate

Mi stoga imajući na umu korist i potpuno blagostanje čitavog našeg kraljevstva, koje niče od dobra upravljanja, oko kojeg se, s Božjom pomoću, trajno trudimo, pa smo se tako osvrnuli na vjernost spomenutih naših šibenskih građana da bi, dakle, oni mogli uživati u lijepom miru i spokojstvu kao plodu dobra upravitelja i obilno se služiti svojim ovlaštenjima, hoćemo da se ono što se, s obzirom na slobostine, olakšice i prednosti njihova grada od drevnih vremena opsluživalo, i dalje tako slobodno opslužuje pod okriljem i zaštitom našeg gospodstva. Uslišali smo blagonaklono molbe svih zastupnika i poslanika te spomenutih građana, opunomoćenih od strane čitave komune već navedenog grada Šibenika, pa hoćemo da se taj naš grad, uzdignut kraljevskom zaštitom, potvrdi u rečenim povlasticama i olakšicama. Prihvaćamo i, dodirnuvši Sveta evanđelja, zakletvom potvrđujemo i odobravamo, u cjelini i pojedinačno, povlastice, slobostine i olakšice i druge isprave, izdane u prilog spomenutog grada, statute, nove odredbe i običaje toga šibenskog grada, izdate od pobožnih ugarskih kraljeva, napose od našeg ljubljenog brata slavnog kralja Ludovika. Po savjetu naših velmoža i našom razboritom kraljevskom vlašću mi ovo trajno potvrđujemo, priznajemo i odobravamo te obećavamo bez povrede opsluživati našim vjernim građanima grada Šibenika, njihovim baštinicima, nasljednicima i svim njihovim potomcima. Komoru soli i tridesetinu zadržavamo za naše veličanstvo a ne namećemo im nikakvu drugu dažbinu osim onoga što je bilo uobičajeno (u doba spomenutog kralja Ludovika).

reseruantes, nullum aliud dadium ipsis inferentes. Et quod sal nostre camara in ciuitate Sibenici debeat eo pretio, quod uenditur in aliis nostris camaris Dalmatie, volentes etiam omnes gratiam per maiestatem nostram ipsos collatam nullomodo infringere, sed perpetuo firmam et ratam habere et tenere, promittentes eisdem fidelibus Sibenicensibus nostro mediante iuramento tenere eos in pace bona et quietam, ipsos et ciuitatem Sibenici tutam et tutos facere, defendere tuereque viriliter et potenter iuxta nostram possibilitatem contra omnes homines volentes ipsos opprimere. Et hoc ideo quia dicti syndici vice et nomine comunis Sibenici, ut de eius sindicatu constat magistri Zilii quondam Gulielmi de Albanis de Regio, publici imperiali auctoritate notarii, nunc uero iurati cancellarii comunis Sibenici, iurauerunt corporaliter deosculando lignum viuifice dominici c.(rucis) nobis et nostris heredibus et successoribus de nostro corpore legitime procreatis omagium fidelitatis obseruare recognoscentes nos pro ipsorum domino naturali nullumque alium dominum recipere nec habere perpetuis temporibus preter nos et nostros heredes et successores, ut preferentur, submittentes se ipsorumque filios, successores et posteros totamque ciuitatem cum omni populo ipsius ciuitatis et toto eius districtu sub domino, tuicione et protectione nostre maiestatis perpetuis temporibus, ut constat per ipsorum duo priuilegia unius tenoris confecta, alterum idioma literali alterum vero idioma Sclauico, cum autentico sigillo ipsorum pendenti comunis consueto.

Također određujemo da se sol naše komore u gradu Šibeniku treba prodavati po onoj cijeni po kojoj se prodaje u drugim našim komorama u Dalmaciji. Hoćemo da se nijedna milost koju im je naše veličanstvo udijelilo ni na kakav način ne krši nego da uvijek bude čvrsta i na snazi. Pod zakletvom obećavamo istim našim vjernim Šibenčanima da ćemo ih održavati u miru, dobru i spokoju a njihov grad Šibenik i njih same u sigurnosti; obećavamo, prema našoj mogućnosti, braniti ih i muževno i moćno štiti protiv svih ljudi koji ih žele podjarmiti. Ovo činimo zato jer su se spomenuti zastupnici, ispred općine (komune) Šibenika i u njezino ime, tjelesno zakleli, ljubeći drvo Gospodnjega križa, da će nama i našim baštinicima, zakonito rođenim od našeg tijela, odavati počast i biti vjerni, da će nas priznavati za svog naravnog gospodara i da neće prihvatiti niti ikad imati ijedna drugog gospodara osim nas i naših baštinika i nasljednika, kao što je gore rečeno. Oni podlažu sebe i svoje sinove, svoje nasljednike i potomke i čitav grad, sa svim pukom toga grada i čitava njegova distrikta, pod vlast, zaštitu i obranu našeg veličanstva za vječna vremena. Da navedeni zastupnici zastupaju tu općinu (komunu), utvrđeno je svjedočanstvom javnog carskog bilježnika magistra Čilija pokojnog Gulielma iz Albanije iz Regia (talijanske pokrajine), a sada zaprisegnutog kancelara šibenske općine (komune). Tako je to očito iz dviju njihovih isprava istog sadržaja, od kojih je jedna na književnom (latinskom) jeziku, a druga na hrvatskom (slavenskom) jeziku, s visećim pravim, uobičajenim, pečatom te općine (komune).

Nos uero tenebimur eos conseruare et tenere in suprascriptis libertatibus, promittentes etiam prefatis fidelibus communitati Sibenici, quod numquam ponemus nec ponere faciemus d(a?)uanam seu tributum recipere circa uel ante portas predictae ciuitatis Sibenici. Insuper addimus, largimur et donamus ad territorium seu districtum predictorum fidelium nostrorum Sibenicensium medietate ville dicte Helmlani que medietas, ut dicitur, semper fuit domini cum omnibus atinenciis, que ad prefatam medietatem pertinent. In quorum omnium et rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus et litteras priuilegiales nostra pendenti et autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum in aula nostra regali Soteslie per manus Thome de Lusach, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis, presentibus magnificis et egregiis uiris dominis comite Dabissa, comite Stypoye Heruatinich, comite Paulo Radinouich, Triphone de Cataro auale nostre prothouestiario, Vlatchone uoivoda de Vsora, comite Priboye Masnouich, supano Bilyaco Sancouich et Sladichio Masnouich nostro pincerna, nostris fidelibus dilectis, sub anno domini millesimo tricentesimo nonagesimo, indictione XIII. Die XI mensis iunii.

Mi smo dužni čuvati ih i održati u našim gore opisanim slobostinama i obećanjima danim našoj gore spomenutoj vjernoj Šibenskoj općini, da joj nećemo postavljati carine niti uzimati porez u okolici i ulasku u grad Šibenik. K tomu pridodajemo, poklanjamo i dajemo na južnoj strani teritorija ili distrikta navedenim našim vjernim Šibenčanima rečeno(?) selo Helmlane (Zemljane?), koje je, kako se kaže, na jugu, da bude zauvijek njihov posjed sa svim pripadnostima koje pripadaju rečenim južnim granicama. Na spomen svega toga i na trajnu čvrstoću te stvari izdali smo ove naše darovnice i isprave s povlasticama, koje smo potkrijepili i zaštitili našim autentičnim dvostranim visećim pečatom. Dano u našem kraljevskom dvoru u Sutjesci rukom Tome iz Lušca, našeg dragog i vjernog potkancelara našeg dvora u nazočnosti velmožnih i uglednih muževa, gospode kneza Dabiše, kneza Stipoja Hervanića (Hrvatinića), kneza Pavla Radinovića, Tripuna iz Kotora, protovestijara našeg dvora, Vlatka, usorskog vojvode, kneza Priboja Masnovića, župana Biljaka Sankovića i Sladića Masnovića, našeg vinotoče, naših vjernih i slavnih, godine Gospodnje tisuću trista devedesete, indikcije trinaeste, dana XI., mjeseca lipnja.2